

1518. id est 6. Januarij. Ex ms. Bibl. Latuf.

Ludovicus Hungariae et Bo-
hemiae Rex
Sigismundo Primo Regi
Poloniae.

Serenissime Princeps. Et. Scribit
nobis Majestas Vestra de se animo
tulisse in causa Illustris Casimiri
Ducis Thesniensis adversus Ducem
Ratiboriensem diem per nos dictum
fuisse non habita ratione petitionis
Majestatis Vestrae quae fuit, ut cau-
sa ad ejus felicem in Poloniam redi-
tum suspenderetur, rogatque nos iter-
rum, ut illa festo termino qui in-
dictus fuerat deferamus se nobis, ubi
redibit significaturam, asserens quid
vel sibi, vel Regno suo in ejusmodi
causa incumbere videbitur. Ceterum
scribit nobis Majestas Vestra, suum
in Bohemiam Oratorem se mis-
se licet, ignoret utrum conventus
Bohemicus procedat prius autem
mittere nobis, quam viderit
hujusmodi missionem, nobis nihil
commodi sibi vero nonnihil indi-

gnitatis

indignitatis et dispendij afferre
consuevise. Quod itaque pertinet
ad causam Domini Ducis The:
siniensis, nihil profecto egimus,
quod Majestatem Vestram monere
debuerit. Nam ab eo tempore
quo causa coram Nobis agitari ce:
pta est, eos semper constituimus ter:
minos, quos ipse Dux The:
siniensis optavit. Postremo vero ubi
idem Dux causam ad majesta:
tis Vestre reditum differri postu:
lavit, et id etiam in votis M^{ris} Ve:
stra esse cognovimus, preter omnem
difficultatem distulimus, satisque
scimus et M^{ris} V^{re} voluntati,
et ipsius Ducis desiderio, signifi:
camus Liferis nostris Duci ad:
versario, id est Rathiboriensi hui:
jus cause suspensionem monen:
tes, cum, ut ad terminum, qui ad
Festum Circumcisionis Domini
proxime preteritum indictus fue:
rat, ad nos se frustra non
conferat.

Miramur itaqz


Miramur itaq; vehementer, unde sit *Mtas v^{ra}* aliter, q^uam se res habeat informata. Nam non in hoc solum, sed omnibus etiam aliis in rebus *Mtis v^{rae}* semper gratificari, et morem gerere, atq; obsequi parati sumus.

Quod aut *Mtas v^{ra}* Oratorem suum in Bohemi-
am miserit, et res n^{ras} hoc pacto curaverit, agi-
mus, habemusq; eidem maximas gratias. Verum
quid illi Orator *Mtis v^{rae}* hoc tempore expe-
diat, non videmus.

Rogaveramus *Mtem v^{ram}*, ut Oratores suos
ad Conventu^m Hungaricum, qui fuit in festo Mi-
chaelis proxime praeterito mittere dignaretur.
Rogaveramus etiam *Cesarea^m Mtem*, ut ipsa quoq;
mitteret eo consilio, ut hinc collatis, et concor-
datis instructionibus, cum n^{stris} Oratoribus
una ad Conventu^m Bohemicum, qui ad festum
Martini indictus fuerat, proficiscerentur.
Miserat ad nos *Imperialis M^{ti}s* suos, et quide^m
insignes Oratores, qui multos dies hic steterunt,
ad Bohemiam tamen profecti non fuerunt,
nec illi nec n^{ri}, cum propter absentiam Orator
Mtis v^{rae}, tum quia *Res Bohemica*, ante festu^m
beati Martini utcumq; composita, vel saltem
sedata fuisse dicebatur, tum etiam, quia dum
incendia Bohemica curamus extinguere, tanta
et tam periculosa subito seditio in Conventu Be-
ati Michaelis, inter duos Hungaros orta fuit,
ut nihilominus Bohemicis motibus esse videret-
ur. Tanta quoq; perturbatio res n^{ras} invasit,
ut quid agendum nobis foret, prorsus nesciremus.
Quamq; aut haec seditio, tunc sine cede compres-
sa est, id quod divino potius, qua^m humano Consu-
lio factum putamus: tamen odia et simulta-
tes

tes indies magis, ac magis augentur. Et veremur ne illa in futuro Conventu, quem propediem necessario iterum celebrare cogimur, in grande aliquod periculum erumpat. Laboratur siquidem inter ordines pro concordia, sed nescimus quibus animis, nos signa pacis, et concordie futura, nulla videmus. Cogimur inquam celebrare Conventum, nam res nostra non perturbatae solum sunt, sed etiam adeo neglectae, ut nec confiniibus extremae propemodum pericula patientibus succurrere, nec domesticas necessitates, quae quotidie augentur evitare possimus. Et nisi tempestive aliter provisum fuerit, brevi futurum est, ut ipsa quoque dignitas vestra Regia per inopiam turpiter opprimatur, sicuti auctoritas iam pene est oppressa. Quare Matrem vestram et Patrum vestrum Charmum, imo ut alterum Patrem observandissimum summo opere rogamus, nolit nos, in tantis rerum perturbationibus, et fluctibus discordiarum constitutos deserere, sed dignetur vestri cura cum Caesarea Matre accuratius suscipere, et eos quoque, qui in nobis fideliter serviunt, defendere, nam si se Mater vestra, a nobis quod non credimus abstraxerit, et non cito ambabus manibus iuverit frigidulumne se ad preces vestras exhibuerit, Regnum hoc procul dubio periclitabitur, et quidem propediem, et nescimus profecto, quid etiam de salute vestra sperare possimus. Imminent enim foris bella, et ea quidem crudelissima, intus vero seditio nihilominus periculosa, quae sedari, si nos bene introspicimus, in animos eorum qui authores sunt, sine opera, et sine cura Mater vestra vix poterunt. De quibus rebus Matri vestrae propediem plura nunciabimus, et quid actum sit, et quid futurum speretur declarabimus.

Quod reliquum



9

Quod reliquum est Majestatem Ve:
stram iterum atque iterum rogamus,
Dignetur esse memor Nostri et rebus
Nostri multum certe fatigatis, et
attritis quamprimum succurrere, et
non pati sanguinem Nostrium, qui su:
us est, majoribus procellis conq^uasari.

De rebus Bohemicis scripsimus
Domino Leoni Castellano Nostro Pra:
gensi, ut Nobis ea Omnia, que in son:
ventu ipso Bohemico ordinata et con:
clusa sunt rescribere debeat. Que o:
mnia et si Majestas Vestra ex suo O:
ratore intelligere possit, tamen nos
quoque omnia cum primum ex Domi:
no Leone certiores facti fuerimus,
eidem perscribemus.

Deus Optimus maximus annuat,
ut Majestas Vestra hunc novum
annum feliciter auspicietur, felici:
us continuet, multosque insequentis
annos quam felicissime ineat. Cui
nobis et res fortunaeque nostras affi:
ctas unice commendamus. Datum
Buda in Festo Epiphaniarum Do:
mini Anno ejusdem 1518. Regnor^{um} N^{ost}ror^{um}
Bohemiae et Hungariae etc Anno Secundo. D

[Faint, illegible handwriting in cursive script, likely bleed-through from the reverse side of the page.]